

LIBER GENESIS 22,1-24 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Die Bindung Isaaks zum Opfer

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Quae postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham; & dixit ad eum:

Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum.

Et fuit post verba ista, & Deus tentavit Abraham, & dixit ad eum, Abraham.

& dixit: Ecce ego.

(I) Et factum est post haec verba (L) temptavit deus Abraham et dixit ad illum (I) Abraham Abraham et ille dixit ecce ego.

(H) Quae postquam gesta sunt temptavit deus Abraham et dixit ad eum Abraham (Abraham et) ille respondit adsum.

Quae postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham et dixit ad eum: “Abraham”. Ille respondit: “Adsum”.

Es geschah nach diesen Begebenheiten, da versuchte der Elohim den Abraham, und er sprach zu ihm: Abraham! Und er antwortete: Hier bin ich!

Nach diesen Begebnissen geschahs, Gott prüfte Abraham und sprach zu ihm: Abraham! Er sprach: Da bin ich.

2 Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis,

Isaac; & vade in terram visionis: Atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi.

Et dixit: Cape nunc filium tuum unicum tuum, quem dilexisti, Ischac; & vade tibi ad terram Moriah, atque fac ascendere eum ibi in holocaustum super unum montium quem dicam ad te.

(K) Accipe filium tuum illum unicum quem dilexisti illum Isaac et vade in terram (I) et dixit ei accipe filium tuum amantissimum quem diligis Isaac et vade in terram altam et inpones illum hostiam in uno ex montibus de quo tibi dixero (I) excelsam et offers eum ibi holocaustum super unum montium quem tibi dixero.

(H) Ait ei tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac et vade in terram visionis atque offer eum ibi holocaustum super unum montium quem monstravero tibi.

Ait: “Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac et vade in terram Moria; atque offer eum ibi in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi.”

Nimm doch deinen Sohn – deinen Einzigen, den du liebst – den Isaak, und geh nur hin zum Lande der Morija, und bringe ihn dort hinauf für ein Ganzopfer auf einem der Berge, den ich dir sagen werde.

Er aber sprach: „Nimm doch deinen Sohn, deinen Einzigen, den du liebst, Jizchak, und geh vor dich hin in das Land von Morija, und höhe ihn dort zur Darhöhung auf einem der Berge, den ich dir zusprechen werde.“

3 Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum; ducens secum duos iuvenes, & Isaac filium suum: Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem praeceperat ei Deus.

Et manicavit Abraham in diluculo, & stravit asinum suum, & cepit duos pueros suos secum, & Ischac filium suum, & scidit ligna holocausti, & surrexit, & ivit ad locum, quem dixit ei Deus.

(I) Exsurgens autem Abraham mane stravit asinam suam et adhibuit secum duos pueros et Isaac filium suum et concidit ligna in holocaustum et surgens abiit et venit ad locum quem dixit illi deus.

(H) Igitur Abraham de nocte consurgens stravit asinum suum ducens secum

duos iuvenes et Isaac filium suum cumque concidisset ligna in holocaustum abiit ad locum quem praeceperat ei deus.

Igitur Abraham de nocte consurgens stravit asinum suum ducens secum duos iuvenes suos et Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, surrexit et abiit ad locum, quem praeceperat ei Deus.

Und Abraham stand am Morgen früh auf und sattelte seinen Esel und nahm seine beiden Knaben und seinen Sohn Isaak und spaltete Ganzopfer-Scheite und stand auf und ging dem Orte zu, den Er, Gott, ihm gesagt hatte.

Abraham stand frühmorgens auf, er sattelte seinen Esel, er nahm seine beiden Knaben mit sich und Jizchak, seinen Sohn. Er spaltete Hölzer für die Darhöhung und machte sich auf und ging nach dem Ort, von dem Gott ihm gesprochen hatte.

4 Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul.

In die tertia atque levavit Abraham oculos suos, & vidit locum de longinquo.

(I) Die tertia et respiciens Abraham oculis vidit locum a longe.

(H) Die autem tertio elevatis oculis vidit locum procul.

Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul.

Am dritten Tage – da erhob Abraham seine Augen und sah den Ort von ferne.

Am dritten Tag erhob Abraham seine Augen und sah den Ort von fern.

5 Dixitque ad pueros suos: Expectate hic cum asino: Ego & puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.

Et dixit Abraham ad pueros suos: Sedete vobis hic cum asino: & ego & puer ibimus usque illuc; & adorabimus, & revertemur ad vos.

(I) Et dixit Abraham pueris suis sedete hic cum asina ego autem et puer pertransibimus usque illuc et cum adoraverimus revertemur ad vos.

(H) Dixitque ad pueros suos exspectate hic cum asino ego autem et puer illuc usque properantes postquam adoraverimus revertemur ad vos.

Dixitque ad pueros suos: “Exspectate hic cum asino. Ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos”.

Und Abraham sprach zu seinen Knaben: Bleibt für euch hier mit dem Esel, und ich und der Knabe wollen bis dort gehen und uns niederwerfen und zu euch zurückkehren.

Abraham sprach zu seinen Knaben: Bleibt ihr hier mit dem Esel, ich aber und der Knabe wollen bis drüben hin gehen, niederwerfen wollen wir uns und dann zu euch kehren.

6 Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem & gladium, cumque; duo pergerent simul.

Et accepit Abraham ligna holocausti, & posuit super Ischae filium suum, & accepit in manu sua ignem & gladium, & iverunt ambo ipsi simul.

(I) Accepit asutem Abraham ligna ad holocaustum et inposuit Isaac filio suo accepit autem et ignem in manu sua et gladium et abierunt ambo simul.

(H) Tulit quoque ligna holocausti et imposuit super Isaac filium suum ipse vero portabat in manibus ignem et gladium cumque duo pergerent simul.

Tulit quoque ligna holocausti et imposuit super Isaac filium suum; ipse vero portabat in manibus ignem et cultrum. Cumque duo pergerent simul,

Darauf nahm Abraham die Ganzopfer-Scheite und legte sie auf seinen Sohn Isaak und nahm in seine Hand das Feuer und das Messer, und so gingen sie beide selbender.

Abraham nahm die Hölzer zur Darhöhung, er legte sie Jizchak, seinem Sohn, auf, in seine Hand nahm er das Feuer und das Messer. So gingen die beiden mitsammen.

7 Dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis, fili? Ecce inquit, ignis & ligna. Ubi est victima holocausti?

Et dixit Ischae ad Abraham patrem suum, & dixit: Pater mi. & dixit: Ecce ego fili mi & dixit: Ecce ignis & lign. & ubi agnus in holocaustum?

(I) Dixit autem Isaac et Abraham patrem suum dicens pater qui dixit quid est fili et dixit ecce ignis et ligna ubi est ovis ad holocaustum.

(H) Dixit Isaac patri suo pater mi at ille respondit quid vis fili ecce inquit ignis et ligna ubi est victima holocausti.

dixit Isaac Abrahae patri suo: “Pater mi”. Ille respondit: “Quid vis, fili?”. “Ecce, inquit, ignis et ligna; ubi est victima holocausti?”.

Da sprach Isaak zu Abraham, seinem Vater, er sprach: Vater! Und der antwortete: Ja, mein Sohn? Der sprach: Siehe, da ist das Feuer und die

Holzstücke, und wo ist das Lamm zum Ganzopfer?

**Jizchak sprach zu Abraham, seinem Vater, er sprach: Vater! Er sprach:
Da bin ich, mein Sohn. Er sprach: Da ist nun das Feuer und die Hölzer,
aber wo ist das Lamm zur Darhöhung?**

8 Dixit autem Abraham, Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi.

Pergebant ergo pariter.

*Et dixit Abraham: Deus videbit sibi agnum in holocaustum, fili mi. Et
perrexerunt ambo ipsi pariter.*

(I) Dixit Abraham deus providebit sibi ovem ad holocaustum fili euntes
ambo simul.

(H) Dixit Abraham deus providebit sibi victimam holocausti fili mi pergebant
ergo pariter.

Dixit Abraham: “Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi”.

Pergebant ambo pariter;

**Antwortete Abraham: Gott wird sich das Lamm zum Ganzopfer ansehen,
mein Sohn! Und so gingen sie selbender weiter.**

**Abraham sprach: Gott ersieht sich das Lamm zur Darhöhung, mein
Sohn. So gingen die beiden mitsammen.**

9 Et venerunt ad locum quem ostenderat ei Deus, in quo aedificavit altare, &
desuper ligna composuit. Cumque alliga(vi)sset Isaac filium suum, posuit
eum in altare super struem lignorum.

Et venerunt ad locum quem dixerat ei Deus. Et aedificavit ibi Abraham

altare, & ordinavit ligna, & lignavit Ischae filium suum, & posuit eum super altare desuper ligna.

(I) Venerunt ad locum quem dixerat illi deus et aedificavit Abraham altare et inposuit ligna et alligavit pedes Isaac filio suo et inposuit eum in altare super ligna.

(H) Veneruntque ad locum quem ostenderat ei deus in quo aedificavit altare et desuper ligna composuit cumque conligasset Isaac filium suum posuit eum in altari super struem lignorum.

et venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus, in quo aedificavit Abraham altare et desuper ligna composuit. Cumque colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum.

So kamen sie an den Ort, den der Elohim ihm gesagt hatte, und Abraham baute dort den Altar, schichtete die Hölzer, band seinen Sohn Isaak, tat ihn auf den Altar oberhalb der Hölzer.

Sie kamen an den Ort, den Gott ihm zugesprochen hatte. Dort baute Abraham die Schlachtstatt und schichtete die Hölzer und fesselte Jizchak, seinen Sohn, und legte ihn auf die Schlachtstatt zuoberst der Hölzer.

10 Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum.

Et misit Abraham manum suam, & accepit gladium, ad iugulandum filium suum.

(I) Et extendit Abraham manum suam ut acciperet gladium et iugularet filium suum.

(H) Extenditque manum et arripuit gladium ut immolaret filium suum.

Extenditque Abraham manum et arripuit cultrum, ut immolaret filium suum.

Und Abraham streckte seine Hand aus und nahm das Messer – seinen Sohn zu schlachten.

Das Abraham schickte seine Hand aus, er nahm das Messer, seinen Sohn hinzumetzen.

11 Et ecce Angelus Domini de caelo clamavit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum.

Et clamavit ad eum Angelus Domini de coelis, & dixit: Abraham, Abraham.

Et dixit: Ecce ego.

(L) Et vocavit eum angelus domini de caelo et dixit illi Abraham Abraham ille autem dixit ecce ego.

(H) Et ecce angelus domini de caelo clamavit dicens Abraham Abraham qui respondit adsum.

Et ecce angelus Domini de caelo clamavit: “Abraham, Abraham”. Qui respondit: “Adsum”.

Und Da rief ihm S E I N Engel vom Himmel zu und sprach: Abraham! Abraham! Und er antwortete: Hier bin ich!

Aber S E I N Bote rief ihm vom Himmel her zu und sprach: Abraham! Abraham! Er sprach: Da bin ich.

12 Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi

quidquam: Nunc cognovi quod times Deum, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me.

Et dixit: Ne mitias manum tuam ad puerum, & ne facias ei quicquam. Quia nunc cognovi quod timens Deum tu, & non prohibuisti filium tuum unicum tuum a me.

(L) Et dixit (K) noli inponere manum tuam super puerum neque feceris illi

(E) non inicias manum tuam in puerum neque facias ei

(L) quicquam nunc enim cognovi quoniam times deum tuum et non pepercisti filio tuo dilectissimopropter me.

(H) Dixitque ei non extendas manus tuam super puerum neque feceris illi quicquam nunc cognovi quod timeas dominum et non peperceris filio tuo unigenito propter me.

Dixitque: “Non extendas manum tuam super puerum neque facias illi quidquam. Nunc cognovi quod times Deum et non pepercisti filio tuo unigenito propter me”.

Und der sprach: Strecke deine Hand nicht nach dem Knaben aus, und tue ihm nicht das Geringste, denn ich weiß, dass du gottesfürchtig bist deinen Sohn, deinen Einzigen, mir nicht weigertest.

Er sprach: Schicke nimmer deine Hand nach dem Knaben aus, tu ihm nimmer irgendwas! Denn jetzt habe ich erkannt, dass du Gottes fürchtig bist, - nicht vorenthalten hast du mir deinen Sohn, deinen Einzigen.

13 Levavit Abram oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres haerentem cornibus; quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

Et levavit Abraham oculos suos & vidit, & ecce aries post detentus in perplexitate in cornibus suis. Et ivit Abraham, & cepit arietem, & ascendere fecit eum in holocaustum pro filio suo.

(I) Et respiciens Abraham oculis suis vidit et ecce aries unus tenebatur in virgulto Sabech cornibus et abiit Abraham et accepit arietem et obtulit eum holocaustum pro Isaac filio suo.

(H) Levavit Abram oculos viditque post tergum arietem inter vepres haerentem Sabech quem adsumens obtulit holocaustum pro filio.

Levavit Abraham oculos suos viditque arietem unum inter vepres haerentem cornibus; quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

Abraham aber erhob seine Augen und sah, siehe da, einen Widder, einen verlaufenen, der sich mit seinen Hörnern im Gestrüpp verfangen hatte, und Abraham ging hin und nahm den Widder und brachte ihn für ein Ganzopfer dar anstelle seines Sohnes.

Abraham hob seine Augen und sah: Da, ein Widder hatte sich dahinter im Gestrüpp mit den Hörnern verfangen. Abraham ging hin, er nahm den Widder und höhte ihn zur Darhöhung anstatt seines Sohns.

14 Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Unde usque hodie dicitur:

In monte Dominus videbit.

Et vocavit Abram nomen loci ipsius Jehovah videbit, quod dicitur hodie, in monte Deus videbitur.

(I) Et vocavit Abraham nomen loci illius Dominus vidit ut dicant hodie in monte dominus visus est.

(H) Appellavitque nomen loqui illius Dominus videt unde usque hodie dicitur in monte dominus videbit.

Appellavitque nomen loci illius: “Dominus videt”. Unde usque hodie dicitur: “In monte Dominus videtur”.

Und Abraham nannte den Namen jenes Ortes: „ER sieht.“ Während man heute sagt: „Auf S E I N E M Berge wird gesehen.“

Abraham rief den Namen jenes Orts: E R ersieht. Wie man noch heute spricht: Auf S E I N E M Berg wird ersehn.

15 Vocavit autem Angelus Domini Abraham secundo de coelo, dicens:

Et clamavit Angelus Domini ad Abraham secundo de coelo.

(I) Et vocavit angelus domini Abraham secundo de caelo.

(H) Vocavit autem angelus domini Abraham secundo de caelo.

Vocavit autem angelus Domini Abraham secundo de caelo et dixit:

Und es rief S E I N Engel dem Abraham zum zweiten Male vom Himmel zu:

S E I N Bote aber rief Abraham ein zweites Mal vom Himmel her zu:

16 Per memetipsum iuravi, dicit Dominus: Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me.

Et dixit: In me iuravi, dicit Dominus: Quia pro eo, quod fecisti verbum hoc, & non prohibuisti filium tuum unicum tuum.

(I) Dicens per me ipsum iuravi dicit dominus propter quod fecisti (E) verbum hoc (L) et non pepercisti filio tuo dilecto propter me.

(H) Dicens per memetipsum iuravi dicit dominus quia fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo unigenito.

“Per memetipsum iuravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem et non pepercisti filio tuo unigenito,

Und sprach: Bei mir schwöre ich – ist S E I N Spruch – dass, weil du Diese Sache getan und nicht deinen Sohn, deinen Einzigen, verweigert hast,

und sprach: Bei mir schwöre ich – S e i n Erlauten – ja, dieweil du dieses getan hast, hast deinen Sohn, deinen Einzigen, nicht vorenthalten,

17 Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli, & velut arenam quae est in littore maris: Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.

Quia benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo semen tuum sicut stellas coelorum, & sicut arenam quae super labium maris: & haereditabit semen tuum portam inimicorum suorum.

(L) Nisi benedicens benedicam te et implendo implebo semen tuum tamquam stellas caeli et tamquam harena(m) quae est ad labium maris et hereditate possidebit semen tuum civitates adversariorum.

(H) Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli et velut harena(m) quae est in litore maris possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.

benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli et velut arenam, quae est in litore maris. Possidebit semen tuum portas

inimicorum suorum,

Dass ich segnen, dich segnen und viel machen, viel machen will deinen

Samen wie die Sterne des Himmels und den Sand, der am Ufer des

Meeres, und erben wird dein Same das Tor seiner Feinde,

segne, ja segne ich dich, mehren will ich, mehren deinen Samen wie die

Sterne des Himmels und wie den Sand, der am Ufer des Meeres ist,

ererbten soll dein Same das Hochtorn seiner Feinde,

18 Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae.

*Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, eo quod audivisti in
vocem meam.*

(L) Et benedicentur in semine tuo omnes nationes terrae pro eo quod audisti
vocem meam.

(H) Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae quia oboedisti voci
meae.

**et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia oboedisti voci
meae”.**

**Und segnen werden sich mit deinem Samen alle Völker der Erde, zum
Lohne, dass du auf meine Stimme gehört hast.**

**segnen sollen einander mit deinem Samen alle Stämme der Erde, dem zu
Folge, dass du auf meine Stimme gehört hast.**

19 Reversus est Abraham ad pueros suos; abieruntque Bersabee simul, &
habitavit ibi.

Et reversus est Abraham ad pueros suos, & surrexerunt, & iverunt pariter ad Beersebah, & sedit Abraham in Beersebah.

(I) Et reversus est Abraham ad pueros suos et surrexerunt et abierunt simul ad puteum iurationis et habitavit Abraham ad puteum iurationis.

(H) Reversus est Abraham ad pueros suos abieruntque Bersabee simul et habitavit ibi.

Reversus est Abraham ad pueros suos, et surrexerunt abieruntque Bersabee simul, et habitavit Abraham in Bersabee.

Darauf kehrte Abraham zu seinen Knaben zurück, und sie erhoben sich und gingen zusammen nach B´er Seba, und Abraham blieb in B´er Seba wohnen.

Abraham kehrte zu seinen Knaben zurück, sie machten sich auf und gingen mitsammen nach Ber-Scheba. Und Abraham blieb in Ber-Scheba.

20 His ita gestis, nuntiatum est Abrahae, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo.

Et fuit post verba ista, & nuntiatum est ipsi Abraham dicendo: Ecce peperit Milcah etim ipsa filios Nachor fratri tuo.

(I) Et nuntiatum est Abrahae dicentes (O) ecce peperit Melcha et ipsa filios Nachor fratri tuo.

(H) His itaque gestis nuntiatum est Abraham quod Melcha quoque genuisset filios Nahor fratri suo.

His ita gestis, nuntiatum est Abrahae quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo:

Es geschah nach diesen Begebenheiten, da wurde dem Abraham gemeldet: Siehe, Milka hat gleichfalls Söhne geboren, dem Nahor, deinem Bruder.

Nach diesen Begebnissen wars, man meldete Abraham, sprechend: Auch Milka hat doch deinem Bruder Nachor Söhne geboren,

21 Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum.

Hus primogenitum suum, & Buz fratrem eius, & Chemuel patrem Aram.

(I) Ob(s) primogenitum et Bauz fratrem illius et Camuel patrem Syrorum.

(H) Hus primogenitum et Buz fratrem eius Camuhel patrem Syrorum.

Us primogenitum et Buz fratrem eius et Camuel patrem Aram

Den Us, seinen Erstgeborenen, und den Buz, seinen Bruder und den Kemuel, den Urvater Arams.

Uz, seinen Erstling, Bus, dessen Bruder, Kmuel, Vater von Aram,

22 Et Cased, & Azau, Pheldas quoque & Jedlaph.

Et Chesed, & Chazo, & Pildas, & Idlaph.

(I) Et Canazat et Azan et Faldas et Iudul et Bathuel.

(H) Et Chased et Azau Pheldas quoque et Iedlaph ac Bathuel.

Et Cased et Azau, Pheldas quoque et Iedlaphl.

Und den Kesed und den Hazo und den Pildas und den Jidlaf und den Betuel.

Kafsed, Chaso, Pildasch, Jidlaf und Btuel.

23 Ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abrahæ.

Et Bethuel genuit Ribca. Octo istos peperit Milcah Nachor fratri Abraham.

(I) Bathuel genuit Rebeccam octo Melcha Nachor.

(H) De quo nata est Rebecca octo istos genuit Melcha Nahor fratri Abraham.

Ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abrahæ.

Und Betuel hat die Ribka gezeugt. Diese acht hat Milka dem Nahor, Bruder Abrahams, geboren.

Nun hat Btuel Ribka gezeugt. – Jene acht gebar Milka dem Nachor, Abrahams Bruder.

24 Concubina vero illius, nomine Roma, peperit Tabee, & Gaham, & Tahas, & Mascha.

Et concubina eius, & nomen eius Reiimah, & peperit etiam ipsa Thebach & Gachara, & Tachas, & Mahacah.

(I) Concubina Regma Guam et Taber et Tocus et Mochas.

(H) Concubina vero illius nomine Roma peperit Tabee et Gaom et Thaas et Maacha.

Concubina vero illius, nomine Reuma, peperit Tabee et Gaham et Tahas et Maacha

Und sein Keksweib, deren Name R´uma, hat gleichfalls geboren: Den Tebah und den Gaham und den Tahal und den Ma´akha.

Seines Keksweibs Name war Ruma, auch sie gebar: Tabach, Gacham,

Tachasch und Maacha.